

DE

L I E N I T I D E

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN ALMA

UNIVERSITATE LITTERARIA TURICENSI

UT SUMMI

IN MEDICINA, CHIRURGIA ET ARTE

OBSTETRICIA HONORES

RITE SIBI CONCEDANTUR

DIE I. JULII ANNI MDCCCXXXV

PUBLICE DEFENSURUS EST

AUCTOR

CHRISTODULUS NICOLAÏDES

JANINENSIS.

TURICI

TYPIS SCHULTHESSIANIS.

MDCCCXXXV.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

CHICAGO, ILL. U.S.A.

CHICAGO, ILL. U.S.A.

CHICAGO, ILL. U.S.A.

CHICAGO, ILL. U.S.A.

CHICAGO, ILL. U.S.A.

CHICAGO, ILL. U.S.A.

CHICAGO, ILL. U.S.A.

CHICAGO, ILL. U.S.A.

CHICAGO

CHRISTOPHER S. WOODWARD

CHICAGO

CHICAGO

CHICAGO, ILL. U.S.A.

CHICAGO

T H E S E S.

1. Medicus philosophus sit necesse est, uti jam Hippocrates ipse asseruit: *Ἰητρός φιλόσοφος ἰσόθεος.*
2. Medicus sine psychiatria imperfectus.
3. Necessaria Meteorologia medico, uti jam Hippocrates ipse monuit: *Ὅτι οὐκ ἐλάχιστον μέρος ξυμβάλλεται ἀστρονομίῃ εἰς Ἱατρικήν.*
4. Pathologia comparata idem nos docebit, quod anatomia et physiologia comparata.
5. Semen ipsum non pervenit ad ovarium, sed aura seminalis.
6. E motionibus foetus probabiliter possumus discernere, utrius generis sit.
7. Morbus universalis non est.
8. Systema morborum naturale praestat, quia homo ipse natura est.
9. Febris non est morbus.

10. Febris intermittens est morbus nervosus.
11. A diagnosi dependet cum prognosis tum therapia, et jure culpam maximae partis mortalitatis in diagnosin perversam transferre possumus.
12. Sine auscultatione et percussione nulla certa diagnosis in affectionibus pectoris.
13. Methodus curandi simplex sit necesse est, quia naturam medicamentorum facilius discernere possumus.
14. Parturientibus situs dorsalis optimus.
15. Obstetricia comparata multum confert ad obstetriciam hominis.

LIENITIS, SPLENITIS.

Lienitis et omnino lienis morbi difficiles sunt et ad agnoscendum et ad sanandum. Cujus rei duae causae sunt, altera quidem, quod physiologica lienis functio adhuc dubia et obscura permansit — quare Marcus dicit: « Die physiologischen Lücken ziehen die nosologischen nach sich; « wo die erstere Licht verbreitet, erfolgt Klarheit « in der andern » — altera, quod isti morbi rarius occurrunt.

Quum paene omnes praeclari medici in eo consentiant, splenitidem raro occurrere, solus Marcus his repugnare videtur, dicens: « Die vermeinte « Seltenheit der Splenitis hängt von der schweren « Erkenntniss dieser Krankheitsform, der Unwissenheit und Unerfahrenheit des ärztlichen Publicums « über diesen Gegenstand ab. Die Splenitis kommt « höchst wahrscheinlich so häufig als jede andere « Unterleibsentzündung vor. » Quod vero nullo prorsus jure ab illo contendi, non tantum eo probatur, quod lien in organismo nostro locum non ita gravem occupat, sed etiam — quod inde sequitur — externis rebus viribusque non tam facile expositus est.

Lienitis non facile acuta, sed plerumque chronica conspicitur, quod vel in iis regionibus fieri solet, ubi illa endemica est. Itaque duplex lienitidis forma discernitur, lienitis acuta et lienitis chronica. ¹⁾

Heusinger (Betrachtungen und Erfahrungen über die Entzündung und Vergrößerung der Milz. Eisenach 1820.) tres formas discernit: I, inflammationem capillarem, II, inflammationem arterialem, III, inflammationem venosam.

Prioris phaenomena ab eo haec afferuntur:

«Die Thätigkeit der Haargefäße eines Organs
«ist mehr erhöht, als wie sie es der Function des-
«selben nach seyn dürfte; dieselben sind mehr
«entwickelt, es scheinen sich die vorhandenen
«verlängert, erweitert, wohl gar neue erzeugt zu
«haben; in absondernden Theilen erfolgt eine stär-
«kere, oft sogar qualitativ etwas abnorme Absonde-
«rung. Sie kann in Gesundheit, in venöse oder in
«arterielle Entzündung übergehen.»

Alterius phaenomena haec:

«Die Haargefäße werden zum Theil oder ganz
«zu Arterien, es erfolgt sodann eine Ausschwitzung

¹⁾ Aretaei lib. I, cap. XIV. p. 81. Σπληνὶ ξίτηθεις χρόνιον νόσημα, Σπληνός· ἔμπνος δ' οὐ φησίδως. — Franzisci Bene Elementa medicinae practicae, tom. II. S. 127. §. 107. Inflammatio lienis acuta rarior quidem est, frequentior chronica etc.

« von organischer Substanz, Erzeugung neuer Haargefäße, selbst vollkommener neuer Gebilde, oder
« aber von Eiter. Entscheidet sie sich nicht durch
« eine dieser Prozesse, so kann sie allmählig in
« capillare oder aber venöse Entzündung über-
« gehen.»

Tertiae denique phaenomena haec:

« Die Haargefäße sind zum Theil ganz zu Venen geworden; die Entstehung und das Vorhandenseyn dieses Zustandes ist nicht dunkel und
« keinem Menschen wird es wohl mehr einfallen, ihn als eine passive Congestion zu betrachten;
« aber weniger klar sind seine Entscheidung und Uebergänge.»

Cui quidem subtiliori discrimini primum nunquam in organismo locus tam certis finibus circumscriptus esse potest, tum verum practicum commodum aut nullum, aut certe non magnum debetur, denique ne a summo quidem et experientissimo medico practico et diagnostico tam accurati illis morbi formis termini constituentur, ut nunc de inflammatione capillari, nunc de arteriali, nunc de venosa, sed ad summum, inflammationem magis venosam, praecipue ubi haemorrhoides vel catamenia intercedunt, vel magis arterialem esse affirmare possit.

Alius divisionis in inflammationem externae tunicae lienis et ejus parenchymatis, quamvis licet major

sit usus, tamen non ea est certa distinctio, ut medicus nunc nonnisi externam tunicam nunc parenchyma inflammatum esse contendere queat.

I. LIENITIS ACUTA.

SYMPTOMATOLOGIA.

Aegrotus in sinistro latere, sub falsis costis, supra mesocolon transversum, infra diaphragma, juxta sinistrum stomachi fundum repentino dolore, pungente quidem et violento, si superficies vel tunica organi correpta est, premente vero, hebetate et pulsante, ubi ipsum parenchyma laborat, afficitur. Neque vero medicus neque ipse aegrotus semper satis accurate internoscere potest, utra pars, externa an interna inflammata sit.

Ille dolor quum in quoque corporis tum maxime ventris musculorum et diaphragmatis, quo organon laborans premitur, motu augetur et pectore, humeris sinistrique lateris coxa tenus porrigitur. Pressione extrinsecus facta adeo crescit, ut aegrotus eum ferre nequeat, nisi musculos faciales distorqueat et extremitates inferiores sursum versus ventrem retrahat. Aegrotus aut in tergo, aut in latere morboso jacet. (Quid est, quod aegroti in morbo, quam in dextro latere incumbere malint, quum contrarium putandum nobis sit?).

Diligentior organi affecti exploratio haecce nobis aperit:

Lien affectus paululum mutatus est, tumidus quidem, non, sicuti in statu sano, loco suo mobilis, neque convexus, sed rotundus, in inflammatione vehementiore pulsatio quoque percipitur. Ubi fundi caeci extremitas premitur, aegroto acerbus dolor incutitur, qui vasorum brevium cursum sequens ad illum usque locum propagatur (commutatio cum gastritide.¹⁾)

Stomachus, utpote organon lieni proximum, itaque etiam totus canalis intestinorum et hepatis systema mali plus minusve particeps est. Tunica mucosa oris alienata, lingua flavescente, subalbo, subnigro muco obducta est; gustus amarus, fastidiosus, interdum acidulus, salsus; frequens ructus. Aegroti nauseant et vertigine jactantur, praecipue si resurrecturi vel se moturi sunt; vertigo saepe in lipothymiam transit; oculi caligant, ita ut res quasi

1) Sauvages. S. 503. XXIV. „Lienitis est phlegmasia, „cujus praecipua symptomata sunt tumor in hypochondrio sinistro lienis molem et figuram referens aut „locum occupans, cum retinentia, dolore tactum non „tolerante, calore et pyrexia ut plurimum remittente. Splenitis phegmonodea.

„Cognoscitur ex tumore lienis, ut plurimum locum, „figuram retinente; dolore, et pulsatione ejusdem cum „febre acuta, cibi fastidio, siti, decubitu supra latus „sinistrum difficili.

per byssum tenuissimam nigrae appareant. Continuis his symptomatibus consensualibus redditisque vehementioribus aut sanguinis puri nigri, aut mixti cum somachi contentis, aut contentorum stomachi solorum¹⁾ vomitus efficitur — unde dilucet, quantopere affecti organi stomachus particeps sit quantaque a liene vis in digestionis systema exerceatur. E nari sinistra niger sanguis stillat; nonnunquam evacuationes sanguineae fiunt; frontis regionem dolor hebes occupat; respiratio brevis est et anxia; tussis, quae pressione lienis tumoris in diaphragma oritur, aut sicca est aut conjuncta cum pituitae excretionem. Heusinger p. 52, 53. dicit: „Husten
„ist sehr häufig zugegen; in der Regel ist er trocken,
„zuweilen von schleimigtem Auswurfe begleitet;

1) Marcus sanguinis vomitum e vasis brevibus proficisci dicit. S. 367. § 1480. in ejus Ther. spec. „Dieses Blut
„kommt ganz bestimmt aus den Vasis brevibus, welche
„von der Milz über den Magen sich erstrecken und
„die Verbindung dieser beiden Organe vermitteln und
„unterhalten. So wie der Umlauf des Bluts in der
„Milz durch die gesetzte Entzündung gestört ist, stockt
„das Blut in diesen kleinen Gefässen, und entleert sich
„bei einer längern Andauer und grössern Heftigkeit
„der Krankheit in dem Magen. Auf diesen Zustand
„scheint sich auch der morbus niger zu gründen.“
Hoc eo refellitur, quod a nullo naturae exploratore
idem observatum est, itaque etiam nullum signum patho-
gnomonicum.

«immer aber hat er etwas eigenes, was es einem
«geübten Beobachter nicht schwer macht zu ent-
«scheiden, dass die Veranlassung dazu nicht in der
«Lunge ist.»¹⁾ *Alvus aut astricta est, aut ubi
redditur, faeces sunt durae, solidae carbonumque
speciem referunt.*

Memoratu dignum est, quod, hepate laborante,
oculi flavescunt et saepe icterus exoritur, liene
autem laborante oculi nigrescunt ideoque res exter-
nae quasi per tenuem byssum conspiciuntur. Inde
quemadmodum ex hepatis inflammatione icterus
oritur, ita e lienitide fortasse melanem icterum pro-
dire conjici licet. Sanguinis etiam e nari sinistra
profluvium et ipsum memorabile utrumque illud
organon intime cognatum esse indicat. Hepar enim
organon est bilem parans, cui rei et ipse lien inser-
vit. Illud quidem flavam bilis substantiam parat, lien
probabiliter nigram, unde etiam niger ejus color
proficiscitur.

UNIVERSALIS SYMPATHIA.

Frigus ante vel post calorem et dolorem; pulsus
celer, plenus — (multi interque eos etiam Marcus
eum intermittere observaverunt) — cutis sicca;
urina subnigro colore, rara, simulac reddita est,

¹⁾ Aretaeus quoque tussem siccam esse et irritantem dicit:

βήξ· πολλὸν θυμὸς ἐγγίγνεται, καὶ βραχεὰ ξηρὰ βήσσουσι.

discedit — (Quod quidem signum pathognomonicum esse nonnulli falso contenderunt) — Aegroti vehementissime sitiunt. Febris quamquam typum remittentem habet, tamen et intermittentem habere potest, ut vel quotidiana, vel tertiana, vel tertiana duplex sit.

D I A G N O S I S.

Splenitis a carditide et pneumonia discernitur symptomatibus illi propriis, e. gr. nigro colore, tumore lienis, pressione in lienem, qua vehemens dolor aegroto movetur, crebro acido ructu etc., auscultatione et percussione in corde et pulmonibus, qua in re nihil omnino observatur. — Inter nephritidem et splenitidem hoc intercedit discrimen, quod omnia illa symptomata desunt quibus aliquis adduci possit, ut nephritidem adesse putet; morbosa partium inferius sitarum affectio, dolor secundum ureteres, uredo inter reddendam urinam, urinae obstructio, sympathica vesicae usinariae affectio, urina ipsa purpureo colore insignis, in qua explorata sanguis invenitur; simul nephritidi dolores colici et orchidum retractio associantur, praesertim ubi nephritis calculosa existit. — A gastritide mucosa lienitis differt symptomatibus ventriculo propriis. Si e. c. stomachus affectus est, aegrotus in regione cardiaca vehementissimum et acerbissimum dolorem sentit, qui vel minima

pressionem augetur et sympathice oesophagum sequitur. Regio cardiaca est tumida et tensa, propterea quod stomachus, sicut inter digerendum, axem suum permutat; aegroti saepius vomunt; cibum aut non appetunt, aut si quid ederunt, evomunt; alvus astricta, aut ubi redditur, maxime anomala est. — A diaphragmatide lienitis discernitur dolore supra lienem percepto, constringente quidem et inter inspirationem admodum aucto, — quare aegroti, quantum possunt, a respiratione abstinunt — suspirio veloce et alto, quod e pectore, non vero, sicuti in pleuritide et pneumonia, ex ventriculo ducitur; singultu denique et nisu sardonico, si ea symptomata pathognomonica haberi possunt, ut quae tum demum appareant, ubi nervi diaphragmatis afficiuntur.

Omnino organi cujuscunque variis morbis affecti, quod intimo anatomico et physiologico nexu cum gravioribus vicinis organis cohaeret, et cujus functio adhuc latet, diagnosi difficillime constitui potest. Quod enim organon a physiologis tam accurate et penitus exploratum est, ut hic symptomata maxime propria unius morborum organi finiri, illic alterius incipere dici possit? Ad hunc quidem finem nondum pervenimus.

Si morbi cuique organo proprii eorumque symptomata, quae tot nobis impedimenta ac difficultates objiciunt, quam manifestissime apparerent, faustior

nostra evaderet ars et praxis, quoniam et ipsas medicaminum nostorum vires melius cognoscere possemus. Quod autem idcirco non semper nobis licet, quia variabilis uniuscujusque morbi natura saepe nos fallit, adeo, ut magna diligentia, accurata observatine et sagaci mente opus sit ad certam cognitionem et experientiam comparandam.

Itaque divina nostra ars et scientia medica semper experientia, cui et originem debet, et principiis rationalibus ex illa experientia depromptis, quibus omnem praxin niti oportet, fulcietur. Qui hoc appetit medicus solus dignus est, qui *ἰσόθεος* et *πολλῶν ἀντάξιος* appelletur; solus enim ille aliis hominibus revera salutem ferre potest.

AETIOLOGIA.

In aetiologia lienis etiam lienis constitutionem quandam, lienis habitum esse dixerunt, chronicae lienitidi, quam acutae aptiorem, hunc quidem: « Die Farbe dieser Personen geht mehr in das Schwärzliche (e viridi nigrum veteres dixerunt, e. c. Aretaeus: (*μελάγγλωρος*), während die hepatischen mehr gelb aussehen; sowie diese mehr zum Aerger, so sind jene mehr zu Missmuth und zur Niedergeschlagenheit geneigt; die Milzsüchtigen sind kleinmüthig, nachdenkend und leicht zu Thränen geneigt; der grösste Theil der Selbstmörder dürfte Milzsüchtige seyn. Personen mit der Anlage zur

«Splenitis, sowie zu allen Milzaffectionen, leiden
«an Säure, an Sodbrennen.» Marcus Ephemeriden
der Heilkunde, B. III. H. I. p. 69.

Nulli aetati, neutri sexui lienitis parcat, adeo
ut observatum sit, ipsos foetus ab ea affici, prae-
cipue tum, ubi epidemica et endemica apparet.
Si genus spectatur, magis puellas in annis criticis
et mulierum eas — et ipsas quidem in criticis annis
— invadere videtur, quarum vel parca est, vel
irregularis menstruatio. (Aretaeus senes non facile
quidem lienis morbis affici, sed affectos non facile
sanari posse dicit, quam rem omnes observatores
experti sunt.¹⁾ Humida tempestas, inundatio, regio
paludosa²⁾ anni tempus, clima. Autumnum sple-

¹⁾ Παιδιά μὲν οὖν καὶ νέοι παθεῖν τε ρῆντεροι καὶ ἀπαλλαγῆναι
ῥῆντεροι· γέροντες δὲ οὐκ εὐπαθεῖς μὲν, διαδρῆναι δὲ ἀδύνατοι·
ἀτὰρ καὶ πρεσβύτει ελαθὸν τινες ὑπὸ σπληνὸς διαφθαρέντες·
καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ σμικρῷ ὄγκῳ τοῦ ὀλέθρου σφίσι ἢ ροπή.
S. 83. Idem quoad homines adolescentes haec dicit:
φέρει δὲ καὶ νοῦσος μακρῆ, φθινώδης καὶ νέοισι ἀργή μάλιστα,
ὀκόσοισι ἀπ' ἀγωνίης ἢ γυμνασίων πολλῶν, ἄπορον τὸ σῶμα.

²⁾ Χωρὰ ἐλώδεια, ὕδατα πλατεῖα ἄλμυρά, βρομώδεια, ὠρῶν τὸ
θηριῶδες μετόπωρον.

Hippocrates de aere, aquis et locis S. 532 ed Kühn :
ὀκόσα μὲν οὖν ἐστὶν ἐλώδεια καὶ στάσιμὰ καὶ λιμναῖα ταῦτα
ἀνάγκη τοῦ μὲν θέρους εἶναι θερμὰ καὶ παχέα καὶ ὀσμὴν ἔχοντα,
ἄτε οὐκ ἀπόρρητα ἔχοντα, ἀλλὰ τοῦ τε ὀμβροῦ ὕδατος ἐπιπρε-
φομένου ἀεὶ νέου, τοῦ τε πρὶν κέοντος ἀνάγκη ἀχρῶ τε καὶ
πονηρὰ καὶ χολώδεια, τοῦ δὲ χειμῶνος παγετώδεια τε καὶ ψυχρὰ
καὶ τεθολωμένα ὑπὸ τε χιόνος καὶ παγετῶν, ὥστε φλεγματοδέ-
στατα εἶναι καὶ βραγχοδέστατα.

nitidi procreandae opportunum esse, omnes comprobant.¹⁾ Qua de re Heusinger in libro suo S. 24 f. hanc physiologicam annotationem adjecit: « hat man eine richtige Ansicht von der Verrichtung « der Milz, so scheint's nicht schwer, sich die Dispo- « sition dieses Organs zur Entzündung zu erklären: « während der Hitze des Sommers wird unser Blut « sehr verdünnt; es enthält viel mehr Serum als wie « im Winter und zeigt viel weniger Plasticität, die « Gallenabsonderung ist vermehrt, die Thätigkeit der « Milz ist sehr erhöht, sie hat eine höhere Bedeu- « tung im Organismus bekommen; alle äussere Ein- « flüsse werden sie daher eher als wie in andern « Jahreszeiten afficiren, besonders aber solche, wel- « che auf ihre Verrichtung selbst einwirken (wie « die Veränderung der Temperatur, welche eine « Veränderung in der Zusammensetzung des Blutes

Idem S. 533. τοῖσι δὲ πλουσι σπλήνας μὲν αἰὲν μεγάλους εἶναι καὶ μεμωμένους καὶ τὰς γαστέρας σκληρὰς τε καὶ λεπτὰς καὶ θερμὰς, τοὺς τε ὄμους καὶ τὰς κλήϊδας καὶ τὸ πρόσωπον καταλελεπτῆσθαι· ἴς γὰρ τὸν σπλήνα αἱ σάρκες ξυντήκονται, διότι ἰσχυροὶ εἰσιν, ἐδωδούς τε εἶναι τοὺς τοιοντέρους καὶ διψηρόους· τὰς τε κοιλίας ξηροτάτας τε καὶ τὰς ἄνω καὶ τὰς κάτω ἔχειν, ὥστε τῶν φαρμάκων ἰσχυρωτέρων δεῖσθαι, Τοῦτο μὲν τὸ νόσημα ἀντίλοισιν ξύντροφον ἔστι καὶ θέρους καὶ χειμῶνος.

¹⁾ Hipocrates Aph. sectio III. S. 724. ed. Kühn: Τοῦ δὲ φθινοπώρου καὶ τῶν θερινῶν τὰ πολλὰ, καὶ πυρετοὶ τεταρταῖοι καὶ πλανήτες, καὶ σπλήνες καὶ ἕδρωπες καὶ φθίσεις etc.

«und in der Gallenabsonderung zur Folge hat.)»
Clima et regio humida et paludosa non solum
lienis morbos progignunt, sed etiam perniciosos
reddunt. Tales regiones in Europa sunt Dania,
Frisia orientalis, Seelandia in Hollandia, Italia
superior et inferior.¹⁾

Causae mechanice et dynamice efficaces lien-
tidi subesse possunt. Illae²⁾ quidem feriendo,

1) Foderé Mem. de med. prat. sur le climat du Mantouan
p. 15: „Rien n'est plus commun que les foies volumi-
neux et les grosses Rates pendantes et ayant besoin
bandage pour les soutenir.“ Paulo inferius p. 35 de
liene dicit: nulle parte je n'ai vu ce visècre s'engorger
et devenir aussi volumineux qu'ici. Il semple au malade
d'avoir dans le ventre un gros saucisson mobile, qui
suit regulièrement tous les mouvemens du corps etc.“
Idem animadvertit Frank, de curandis hom. morb. lib.
I. p. 284.

2) Lexicon des sciens medicals tom. 47. 5. 235. La Rate
peut être blessée par des instruments piquans tranchans
ou contendans. Un instrument piquant peût traverser
la partie superieure et gauche de parois de l'abdomen
et aller blesser la Rate: dans ce cas, le sang qui sort
par la plaie est noir, l'hypochondre gauche et la region
epigastrique sont tendus, dursis et douloureux. Le
malade eprouve une soif ardente, et il resent, comme
dans le blessures du foie une douleur a la partie ante-
rieure du cou — Premendo etiam vel cadendo ruptura
et inde subita mors, praecipue si ventriculus extensus
est, effici potest, quod hoc casu probatur (ibidem
Rupture du Rate): Un Maçon mourut par suite d'une
chûte faite de très-haut. M. Portal en fit faire l'ouver-

icendo, premendo, cadendo in latus lienis et vulnerando efficiuntur. ¹⁾ Causae dynamicae ira, indignatio aliique vehementiores animi motus, peccata in diaeta quoad cibum et potum (Hippocrates ipse frigidae aquae potione lienitidem procreari posse dicit.) Mechanicae simulque dynamicae cau-

ture; on trouva dans l'abdomen un épanchement d'un sang noirâtre qui s'était écoulé de la Rate, qui était rouverte à sa surface interne; cette plaie était inégale et comme déchirée. Portal anatomie médicale tom. V. p. 345.

- ¹⁾ Non solum laesiones circa ipsam lienis regionem, sed etiam capitis vulnerationes lienitidem procreant. Quae de re Heusinger haec refert S. 39 f. : „Der Trainsoldat „Reisener, von einer in der Gegend von Sedan cantonirenden Colonne, wurde von einem Pferde auf die „linke Seite der Stirne geschlagen, wodurch ein Bruch „des Stirn- und Keilbeins erfolgte. Der Kranke bekam „am dritten Tage nach der Verletzung eine ganz gelbe „Hautfarbe, und starb, nachdem die Trepanation „fruchtlos gemacht worden war, am fünften Tage nach „erhaltenem Schläge an den Folgen des Bruches, welche in Entzündung und Vereiterung der Hirnhäute „Extravasaten auf der linken Seite des Schädels bestanden. Bei der sechszehn Stunden nach dem Tode vorgenommenen Abduction fand ich ausser diesen Verletzungen alle Eingeweide in der Brust und Bauchhöhle im normalen Zustande, die Milz von gewöhnlicher Grösse und Consistenz, aber sehr blutreich, und zahlreiche Excrescenzen, die sich von der Milz selbst durch eine hell-rothe Farbe unterscheiden, u. s. w.“

sae insunt in assidue sedendo, haemorrhoidibus et catameniis repressis. Quod quidem eo explicandum est, quia organon inter catamenia in congestione est, congestione autem organon ut inflammetur, vel minimo incitamento efficitur. Splenitis ex alio etiam morbo oriri potest et intermittente quidem; sicuti e lienitide intermittens, ita ex intermittente lienitis oritur, quemadmodum etiam ex intermittente hepatitis proficiscitur et contra, eo tantum discrimine, quod lienitis e quartana, hepatitis autem e tertiana prodit. Lienitidem vero ibi praesertim ex intermittente oriri contenderunt, ubi regio vulcania est, quamobrem in sinistra ripa fluminis Arno usque ad Circaeae promontorium endemica apparet. Contra ubi intermittens ex inundatione oritur, ibi hepar afficitur.

Memorabiles sane sunt hae naturae lusiones, ita ut dici possit, eadem, quae in homine, illo mirabili microcosmo, observantur, temperamenta, idiosyncrasias, animi affectiones et perturbationes, in ipsa quoque natura animadverti, quasi illa sua habeat propria temperamenta etc., quibus, quemadmodum homo, ut contra rationem aliter, quam vult, agat, permovetur, sic et illa, ut id, quod fortasse non vult, faciat, adducitur.

Quaenam autem illius rei causa ducenda sit? Ubi inundatio est, intermittentes oriuntur ex iisque hepatitis; ubi solum vulcanium est, lienitis ende-

mica ab intermittente progignitur. Ex intermittentibus saepenumero ventriculi morbos oriri inde quidem novimus, quod intermittens causa et origo a turbatione systematis ganglii proficiscitur; sed quae causa sit illius discriminis tam certis finibus circumscripti, ex quo ab inundatione intermittens et inde hepatis morbi, a solo vulcanio et ipso intermittens, inde vero lienitis oriatur, id quidem conjectura assequi non possumus.

Idem paene processus inter lienitidem et erysipelas intercedit. Si e. c. sinistra pars faciei erysipelate laborat, paulo lividior et oedematosa est; si vero aegroti insuper gustum amarum, ructum acidum, in regione frontis sensum prementem, vertiginem, oculorum caliginem et tumorem in sinistro hypochondrio habent, lienitis una cum erysipelate conformatur. Contra accidit, ut in iis qui liene laborant, exanthemata erysipelatosi sicut erysipelas ipsum exoriatur. Zona. In nosocomio Turicensi puella fuit, quae, dum chronicae lienitidi obnoxia erat, simul variolidibus et tum abcessu in suris lacessebatur. 1) Monaci puellam liene laborantem vidi, quam urticaria aggrediebatur.

1) Aretaeus S. 83, ulcera in suris existere dicit. *Μάλιστα δὲ ἐς κνήματ' στρογγύλα, πέλιδνά, κοῖλα, ῥυπαρά, δυσαιθέα τὰ ἔλκεα· τῆδ' ἐπιξυρτακέντες ὄλοντο.*

Quae utique forma lienitidis et ipsa digna est, cui animus advertatur. Erysipelas enim saepe hepatis affectio est; est quasi hepatis morbi custos; jam hepar organum esse bilem parans scimus; lien ad eandem rem conferat necesse est. Itaque e pathologia horum organorum lienem ad parandam bilem ideoque ad digestionem multum facere satis dilucet. Quare utrumque organon veri stomachi pulmones haberi possunt.

E X I T U S.

In forma lienitidis acuta phlogosis repellitur crisis iisque universalibus, ut sudore, urina, alvo, post septem, undecim vel quatuordecim dies; quibus criticum sanguinis e naribus profluvium et vomitus, nonnunquam in angulo oris et naribus exanthema phlyctaenae accedunt. Si causa morbi inest in repressa regulari sanguinis profusione, e. c. si in feminis catamenia, in viris haemorrhoides retinentur, item status critici apparent; biliosae evacuationes simul adjiciuntur. Criticum momentum dolor quoque est in latere hepatis. Ubi enim lienitis dissolvitur, aegroti illum dolorem sentiunt, si vero hepatitis dissolvitur, dolor regionem lienis occupat. Neque vero hic dolor commutandus est cum alio admodum simili. Etenim si hepar consensualiter e capitis inflammatione inflammatum est, aegrotis non hepatis, sed potius lienis regio dolet.

Jam lien diligenter inspectus nulla quidem lienitidis, verum in regione hepatis cuncta hepatitis signa offert.

Alter exitus est convalescentia imperfecta i. e. lymphae exsudatum, infaustissimus ille quidem propterea quod fere semper letalis evadit. Illud exsudatum est materia albuminis coagulati, quae organon instar pseudomembranae obtegit et, quominus functionem suam physiologicam exercere pergat, impedit. Funere resecto lien major redditus et cartilaginis instar induratus conspicitur.

Tertius exitus est suppuratio¹⁾ (qui quidem exitus cum tuberculis in phthisin transmutatis commutari potest). Suppuratio vero aut interna aut externa est.

Quartus exitus est hypertrophia. Nutritionis processus in liene quasi ut in utero gravido colligitur. In atrophiam quoque lien transire potest, simulatque hoc organon ad minimum rediit.

1) Aretaeus suppurationem non facile inveniri dicit: *ἔμπυρος δ' οὐ ῥηϊδίως γίγνεται δ' οὖν, εὐτε πόνος μὲν οὐ τροχῆς, ὄγκος δὲ πολὺς τῆς ἐπιπλοῆς μέζων· ἐπὶ δεξιᾷ γὰρ ὤφθη μέσφι τοῦ ἥπατος ὄλη τῆ κοινῶν ἐποιδέων. Idem quod ad scirrhosum et suppuratum statum attinet, haec disserit: ἀπηγῆς δὲ καὶ ἀτέραμνος ὄκως λίθος τοιόσδε τὰ πολλὰ ἐπὶ σκλήρῳ γίγνεται σπλῆν εὐτε καὶ ἀπορίη ξύνεστι παντέλης· ἣν δὲ καὶ ἐμπυῖσκη, εὐαφῆς μὲν εἶκων ἐπὶ τῆ θύξαι κάτω κορυφῆν, ἐνθα ἡ τοῦ πύου γύνα· ὅπη δὲ ἀνεκπύητος, οὐκ εἶκει.*

Quintus exitus est animi morbus et melancholia quidem ad mortem voluntariam proclivis, scilicet melancholia anglica (Spleen).

Sextus exitus est mors, aut inflammatione summa, quod raro accidit, aut periculosis symptomatibus adducta e. c. vehemente sanguinis vomitu (in forma acuta), vel degeneratione, quae ad ascitem vel phthisin ducit. ¹⁾

PROGNOSIS.

Ea constituitur ex vehementia symptomatum, e gradu inflammationis, e natura individui, e sympathia vicinorum organorum, imprimis intestini, denique e complicatione et exitibus. Forma acuta faustior est quam chronica. Si inflammatio latius repsit, prognosis mala est, nec melior, si inflammationem vomitus sanguinis, alvi cruentae et dysenteria comitantur. ²⁾ Hippocrates sanguinis

¹⁾ Aretaeus. *Εἰ δὲ τοῦ πάθους ἦτοιο, χρεῶν ὕδρωψ, ἢ φθίσις καὶ τοῦ σκῆνεος τηκεδὼν ἐπιγίγνεται· ἀτὰρ οὐτός ὁ τρόπος τοῦ ὀλέθρου σφείας τοῦ ζῆν ἐξάγει.*

²⁾ Hippocrates praenot. coac. S. 311 ed. Kühn: *Δυσεντερὴν σπληνώδεσι μὴ μακρὴν χρεῖσιμον, μακρὴν δὲ πονηρόν· ληγούσης γὰρ ἢ ὕδρωψ ἢ λειεντεῖλαι γίγνονται θανάσιμοι.*

*Ὅκοσοι σπληνώδεις ὑπὸ δυσεντερῆς ἀλλοκονταί, τουτέοισιν ἐπεγενομένης μακρῆς τῆς δυσεντερῆς ὕδρωψ ἐπιγίγνεται ἢ λειεντε-
ρή καὶ ἀπόλλυνται. Idem dysenteriam salubrem esse dicit:
Τοῖσι σπληνώδεσι δυσεντερὴ ἐπιγενομένη ἀγαθόν.*

Aret. ed. Georgio Henischio β. S. 82. *Κοιλὴ ἦν τι κάτω φέρη ὕδατώδεα, τὸ πρῶτον σμικρὸν ἐπικουψίζουσα· εἰ δὲ*

e nari dextra profluvium infaustum esse animadvertit. ¹⁾ Lienitis e repressis haemorrhoidibus vel catameniiis orta minus periculi affert, quam lienitis cum inflammatione venae portarum cohaerens; inde enim obliterationo venae portarum et melaena proficiscitur. Si exstitit ascites et mania formari incipit, morbus pessimus redditur et periculosissimus.

T H E R A P I A.

Therapia duorum in splenitide momentorum rationem habeat necesse est, scilicet, utrum inflammatio sit intensiva, an non intensiva. Si intensiva est, cum universalis tum topica antiphlogogis adhibenda est. Illa quidem in sinistro brachio per 10—12 unc. venaesectionem, haec vero per 10—20 hirudines vel per cucurbitarum applicationem cum incisione perficitur. Ubi vehementior redit febris et topica auctior affectio, venaesectio et topicae sanguinis evacuationes repetendae, in loco affecto insuper fomentationes applicandae sunt et unguentum mercuriale infringendum. Interna remedia sunt illa leniter in intestinum valentia: Tamarindi, manna, tartarus natronatus cum magnesia sulphurica propter acidum, quod adest. Adden-

ἐπὶ μᾶλλον ἐκδιδοῦ, ζητήζει μὲν τὸν ἄνθρωπον, ὠφελείη δὲ οὐδὲν ἔχον.

¹⁾ Τὸ ἀνάπαλιν αἱμορροῦσθαι πονηρόν.

da simul strictior diaeta, ut aegrotus nihil edat nisi jusculum, cocta poma, et nihil bibat nisi portiones refrigerantes e. c. cremorem tartari, serum lactis, limonade etc.

Quoniam lienitis saepe oritur ab alio morbo, hic prior morbus ut restituatur spectandum est. Si e. c. sanguinis profluvium repressum, sive catamenia sive haemorrhoides, lienitidem procreavit, per hirudines, applicationem cucurbitarum cum incisione et vapores irritantes in ano vel in genitalibus sanguinis profluvio restituendo opera danda est. Qua in re admonendum est, ut, si sanguis repente repressus est, illius curae illico usus fiat, sin autem jam diutius sanguinis repressio perduravit (praecipue in haemorrhoidibus) clyster ex alöe vel mezereo factus praemittatur, tum vero, ubi sanguinis congestio apparuit, statim curae ratio supra dicta ineatur.

Symptomata conficientia et debilitantia, antea critica, tollenda sunt. Ubi e. c. sanguinis e naribus profluvii, oculorum caliginis, vehementioris capitis doloris, vertiginis et sanguinis inanitionis signa adjuncta sunt, providendum est, ut sanguinis profluvium remediis stypticis, ut aqua frigida, aqua Thedenii, solutione styptica sedetur.

Haematemesis, symptoma infaustum, quippe qua vitae periculum immineat, removenda est acidis

e. c. acido sulphurico, acido phosphorico, tum remediis ferreis conjunctis quidem cum opio et belladona, quibus magna sensibilitas imminuatur.

Ut dyspeptica symptomata in stadio reconvalescentiae remanentia, scilicet acidi formatio, intestini turbationes rejiciantur, his opus est remediis: quando magna sensibilitas praeteriit, infusum calami aromatici, addita aliqua syrupi cinnamomi copia, vel infusum corticis cinnamomi ipsius, tinctura aromatio - acida ejusque generis alia remedia stomachum reficientia aegroto praebeantur — Quorum utique remedium praestantissimum cernitur apta diaeta, quae spectet, ne aegrotus uno tempore nimium edat, ut cibus ad digerendum facilibus, denique ut saepius interdium vescatur e. c. bono, non autem pingui jusculo, carne assa avium vel vituli et aliqua boni veteris vini rubri copia — Acidi formationi cali subcarbonico, natro subcarbonico et magnesia carbonica, alvi anomaliae remediis lenius vel fortius in intestinum valentibus, itaque primum lenioribus salibus mediis, ut natro sulphurico, magnesia sulphurica, tartaro natronato, tum parvis copiis Rhei et quidem tinctura Rhei occurrendum est.

II, LIENITIS CHRONICA.

SYMPTOMATOLOGIA.

Lienitis chronica agnoscitur his signis: aegroti singularis quidam est color, quem nominant lienis habitum, Milzcolorit (de qua re vide quae supra dicta sunt in aetiologia lienitidis acutae). Color enim aegroti est luridus, subviridis, praecipue in cute faciei et in albuginea. Psyche mali admodum particeps est, unde qui a lienitide proficiscitur, animi habitus (Milzstimmung); aegroti enim valde propensi sunt ad hypochondriam, et praesertim ad melancholiam et eam quidem anglicam, qui morbus psychicus cum vitae fastidio et voluntariae mortis studio conjunctus est.

Topica symptomata haec sunt: sub falsis costis lien paululum tumefactus tactui offertur, quod vero non semper accidit. Aegroti dolore hebeti, qui premendo augetur, agitantur. Liene tumido sursum versus diaphragma presso tussis movetur. Lingua muco albedo obducta aut plane pura est; appetitus cibi nullus; pressio in stomacho sentitur, ructus acidus, sapor acidus; attamen interdum multus appetitus et intoleranda sitis. Alvus aut tarda est, tres vel quatuor dies retenta; faeces carbonum vel corticis coriarii instar sunt; aut diarrhoeae invicem succedunt. E nari sinistra aliqua nigri sanguinis copia stillatim profluit; oculi cali-

gant. Cutis aegroti sicca, frigida; extremitates frigidae; pulsus plerumque regularis, sed parvus, ut premendo sistatur; universalis sympathia aut non aut raro observatur.

DIAGNOSIS.

Diagnosis lienitidis chronicae non facile constituitur, propterea quod illa saepe cum stomachi corruptione commutatur. Tumor autem in sinistro latere, dolor, qui premendo augetur, lienis habitus, sanguis niger guttatim profluens, oculorum caligo, aegrotorum macies tanta, ut quasi sceleta appareant, diagnosin certiore reddunt.

AETIOLOGIA.

Lienitidis chronicae aetiology cum lienitidis acutae aetiology congruit. Vita igitur sedentaria, mala nutrimenta, haemorrhoidum et catameniorum congestio, regio paludosa quum omnino lienis mala, tum maxime lienitidem chronicam progignunt et progenitam adjuvant.

PROGNOSIS.

Prognosis non fausta est in lienitide chronica, utpote in malo diuturno. Ad quod ubi minima degeneratio accessit, illa infaustissima redditur, idcirco praecipue, quod organon physiologicè adhuc

parum innotuit. Illa autem his momentis constituitur: gravis est lienitis chronica ea, quae in regione aliqua endemica apparet, cujus prognostum statuitur faustior, si momentum causale explorari et removeri potest, e. c. ubi in haemorrhoidum et catameniorum congestione sanguinis profluvium restituitur. Gravis porro prognostis est, si ex intermittente lienitis oritur, si diu permanet, si cum scrophulis et scorbuto conjuncta est, si dysenteria vel diarrhoea existit, si in corpore externo ulcera apparent saniem secernentia. Gravis denique, imo letalis est prognostis constituenda, si etiam hepatis morbus accedit; vide quae supra commemorata sunt de prognosi lienitidis acutae.

T H E R A P I A.

In therapia lienitidis chronicae prae omnibus momenti causalis ratio habenda est. Quodsi enim regio, ubi aegrotus versatur, non salubris est, eam deserat necesse est; causa enim efficiens nisi tollitur, quamvis medicamina quaecunque adhibeantur, aegrotus occumbet. Quare conjicere licet, quam salubria sint itinera. Si victus tenuis morbi causa est, illum, si licet, cum meliore mutari oportet; si catameniorum vel haemorrhoidum turbationes subsunt, justam et naturalem illorum rationem medicus restituat necesse est; saepe enim morbi

causa sublata ipse morbus plane recedit. Remediorum autem hac in re commendandorum supra, ubi de lienitide acuta disseruimus, mentio injecta est.

Adversus ipsum morbum haec initur cura: antiphlogosis moderata, ut hirudinum usus tamdiu repetitus, quamdiu dolor manet; infrictiones calii hydriodici, fomentationes; intus belladonna. Ubi autem intestinum turbatum est, illud remedium non proderit. Tum ea quidem remedia indicata sunt, quorum in intestinum lenis est vis et efficientia, ut electuarium lenitivum, tamarindi decoctum, cremor tartari una cum sulphure, si haemorrhoides comparent; tum extracta saponacea, ut extractum graminis, cicorei, taraxaci, quae remedia praebentur conjuncta cum salibus mediis et metallicis, ut cum tartaro tartarisato, tartaro natronato, mercurio dulci et sulphure aurato antimonii, praecipue si lienis obstructio manifesta est. Ubi ructus acidus est, praebentur antacida, calii subcarbonicum, natron subcarbonicum, magnesia in forma potionis Riveri. Ad haec remedia accedunt illa tonice in intestinum valentia, ut rheum, aloë, praesertim ubi catamenia intercluduntur, vel ubi catamenia ipsa morbum procreant. Aloës minimae doses praebentur. Ab his remediis ad maxima tonica proceditur, ad chinam et ferrum cum reme-

diis aromaticis. Si diarrhoea apparet, in dandis remediis stypticis caute versandum est, quod ista saepe est salutaris ideoque medico non impedienda. Tum tantum, quum coliquativa est, quam primum mucosis iisque amaris remediis, e. c. columbo et e salibus metallicis ferro carbonico, etiam opio removeatur necesse est.

Quoniam lienitidis chronicae curatio difficillima est, ante omnia diaeta spectanda est, quae sola saepe malum lenit, imo tollit. Quapropter aegrotus severam diaetam observato, neque aromaticis neque corpus inflantibus, digestu difficilibus cibus vescitor, pluries potius interdiu et minus, quam uno eodemque tempore multum edito; spirituosa evitato, aquam, nisi salubris et pura est, nonnisi percolatam bibito. Inter reconvalescentiam utique aegroti aliquantum boni veteris vini bibere licet. Jam vero etiam perutile erit, si aegroti et active et passive vehementius se movent, quare multum equitare, vehi et oscillari debent. Multae quoque aliae exercitationes ad malum sanandum haud parum faciunt.

Maximum auxilium, ut etiam in hepaticide, petendum est a fontibus mineralicis, sal continentibus et dissolventibus, quales sunt illi, quos habent Kissingen, Ragozi et Pandur, quorum ille bibendo, hi lavando idonei sunt. Denique accedendum est

ad curam ultimam, ita quidem, ut omnibus mor-
bosis symptomatibus lienis sublatis aquae minera-
licae, ferrum carbonicum et parum salium continen-
tes adhiberi possint, inter quas ille fons, qui dicitur
Franzensbrunnen bei Eger locum principem obtinet.